

CONFECTIONES.
CONFECTIO DE HYACINTHO.

R. Lapidum Hyacinthorum,
 Coralli rubri præparati,
 Terræ sigillatæ,
 Boli Armenæ præparatæ, ana unciam semi.
 Granorum Kermes,
 Radicum Tormentillæ,
 Dictamni albi,
 Foliorum Dictamni Cretici,
 Myrrhæ selectissimæ,
 Rosarum rubrarum,
 Santali albi,
 citrini,
 rubri,
 Ossis è corde Cervi,
 Cornu Cervi philosophicè præparati,
 Rasuræ Eboris,
 Seminum Citrei mundatorum,
 Cardui benedicti,
 Acetosæ,
 Portulacæ,
 Croci, ana scrupulos quatuor.
 Lapidum Saphirorum,
 Smaragdorum,
 Topaziorum, præparatorum,
 Margaritarum præparatarum,
 Foliorum Auri,
 Argenti, ana scrupulos duos.
 Ambari cinerit i,
 Moschi, ana grana quinque.
 Syrupi limonum quantum sufficit, id est libras

libras duas & uncias septem.

Lapides , coralla , margaritæ , bolus Armena , terra sigillata , tum cætera in tenuissimum pulverem redacta , excepto croco , misceantur ; interim crocus tenuissimè pulveratus cum syrupo limonum tepente exquisitè dissolvatur , ita ut colorem aureum acquirat .

Pulveres addantur ; quibus perfecte mixtis , auri & argenti bracteolæ ex arte superponantur , cultello ligneo dividantur & misceantur .

Nota hanc Confectionem sine ambaro & moscho esse quoque præparandam , sicque usurpandam , nisi completa præscribatur .

CONFECTIO ALKERMESI

R. Ligni Aloës ,
Cinnamomi acuti , pulveratorum , ana
drachmas sex .

Ambari cincritii ,

Lapidis Lazuli præparati , ana drachmas duas .

Margaritarum præparatarum , unciam semi .

Foliorum Auri drachmam unam .

Moschi scrupulum unum .

Syrupi Kermesini exquisiti Balneo Maris calefacti ,
& per setaceum trajecti libram unam .

Misce . Fiat Confectio secundum artem .

Nota hanc Confectionem sine ambaro & moscho esse quoque præparandam .

